



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 39. Benedicti Renati extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

datum ab eo consilium, non præceptum Sæc. XVII.  
esse impositum. Verum hac sua cun- A. C. 1608.  
ctatione & Pontificis & Regis indigna-  
tionem incurrit, & quidem hujus jussu  
comprehensus, & in vincula conjectus,  
cum tormentis subjici pertimesceret,  
ad eorum aspectum non modo jusjurandum edidit, sed etiam Catholicis ubi-  
que significavit, ne se præeuntem se-  
qui dubitarent, quo comperto Pontifex  
Blakwellum, acsi caussam Religio-  
nis prodiisset, officio suo exauktorari  
voluit, suspecto in ejus locum Georgio  
Birketto, Viro sane probō & integer-  
rimo. Paulopost autem Blackwellus  
calamitatibus undique pressus, auxiis-  
que curis confectus obiit, relicto poste-  
ris libello contra mendacioquentiam &  
fraudulentam dissimulationem, præter plu-  
res epistolas ad Pontificios Anglos. Ex-  
stat quoque Bellarmini ad illum horta-  
toria epistola, cuius supra meminimus,

### §. XXXIX.

#### *Benedicti Renati extrema.*

In Galliis hunc annum sibi exitialem *La Croix du Maine Sam-*  
habuit Renatus Benedictus patria An-*marth. Gall.*  
degavensis, qui olim Mariæ Stuartæ *Christ. t. 3.*  
Scotiæ Reginæ a Confessionibus, postea *Collect. jud.*  
in Franciam contendit, ubi meritorum *S. Facult.*  
suffragio Sorbonæ Doctor, Facultatis *Paris. t. 2.*  
Theo- pag. 392.

Sæc. XVII. Theologicæ Decanus, ac primo Sancti  
A. C. 1608. Petri de Anisiis, demum vero Sancti

Eustachii Parochus renuntiabatur, pro-  
*Vid. supra* fpera semper usus fortuna, donec im-  
*L. XLVIII.* provido prorsus consilio non modo ho-  
*XLIX. &* ras Canonicas, sed & Biblia Sacra idio-  
*LI.* mate Gallico edere aggrederetur; cum  
enim hebraicæ linguæ ignarus esse,  
corrupta a Genevensibus Calvinistis Bi-  
blia seu eorum Gallicas versiones plu-  
rimis erroribus scatentes adhibuit, &  
suæ quoque versioni anno Christi mil-  
lesimo quingentesimo sexagesimo sexto  
typis impressæ plures ejusmodi erroneas  
interpretationes tam in suis annotatio-  
nibus, summariis, marginalibus notis,  
quam in ipso textu inseruit. Sequenti  
mox anno ipsius caussa tam Romæ, quam  
Parisiis agitatur, ac ipse Renatus co-  
ram Facultatis Theologicæ Doctoribus  
comparere jubetur, damnatur & suppri-  
mitur ejus verlio, & triginta propul-  
tiones ex illa decerpæ censuris perfrin-  
guntur; cum autem Renatus huic Fa-  
cultatis judicio primum se subjecere re-  
nueret, mox vero subjectionem partim  
revocaret, partim palinodiam simula-  
ret, atque ad Regis Curiam provoca-  
ret, tandem anno Incarnationis Domini  
millesimo quingentesimo septuage-  
simi primo a Sacrae Facultatis gremio  
ejicitur, accensuræ, quæ ab eadem ad-

verius

versus ipsum fuerant pronuntiatæ, a Sæc. XVII.  
Sancti  
Santi  
r; pro-  
nec im-  
do ho-  
ra idio-  
r; cum  
effe-  
stis Bi-  
es pla-  
uit, &  
sti mil-  
o sexto  
rroneas  
otatio-  
notis  
sequenti  
, quam  
tus co-  
toribus  
suppri-  
ropoli-  
eristrio-  
ic Fa-  
ere re-  
partim  
simula-  
ovoca-  
Domi-  
tuage-  
remio-  
em ad-  
verlus

Gregorio XIII. approbantur; demum vero A. C. 1608.  
in se reversus, & Facultatis judicio ce-  
dens, editis quamplurimis iisque vere  
Orthodoxis Scriptis adversus Calvinis-  
tas calatum strinxit, fidemque Catho-  
licam egregie defendit, necnon anno  
post Christum natum millesimo quingen-  
tesimo octogesimo nono regnante Hen-  
rico III. unacum sex Calvinistis Docto-  
ribus de utriusque Religionis concordia  
agere cœpit, evulgatoque Scripto jus  
ad Franciæ Sceptrum Henrico IV. etsi  
tum Calvinianæ sectæ addicto asseruit,  
ac ipse met præfatum Regem in fide Ca-  
tholica instituit, a quo etiam non mo-  
do, ut ei a Confessionibus esset, felige-  
batur, sed etiam quinto post anno Tre-  
censis Episcopus nominatus est, quam-  
vis nunquam Apostolicum diploma de-  
super obtinere potuerit, sed Episcopatu-  
m anno Christi millesimo sexcentesi-  
mo quarto alteri cedere coactus fuerit:  
Demum vero die sexta Martii anno æ-  
tatis suæ octogesimo septimo animam  
Deo suo reddidit. Præter præfatas lu-  
cubrationes publici juris fecerat vitam  
Sancti Eustachii necnon historias vitæ  
plurium aliorum Sanctorum, item Mo-  
dum tollendæ Religionis discordiæ: *Stroma*  
*in universum organon Biblicum, Canoni-  
cam expositionem locorum præcipuorum*  
*Sacræ*

Sæc. XVII. *Sacræ Scripturæ*, tractatum de indulgen.  
A.C. 1608. tiis, aliosque plurimos tractatus Ga-  
lice conscriptos.

## §. XL.

*Nonnulli Scriptores e Societate ho-*  
*anno defuncti.*

*Aleganibe  
Bibl. Soc.  
Hist. Congr.  
l. 5. sett. 3.  
cap. 8.  
Hist. Con-  
trovers. l. 1.  
cap. 14. P.  
Lavin. Maier  
S. D.*

Plures quoque ex Societatis Scriptori-  
bus Ecclesiasticis hoc anno dece-  
sisse reperimus, quos inter haud infames  
est Ferdinandus Rebellus patria Lusita-  
nus ex oppido Prato, qui in Academia  
Eborense Philosophiam & Theologiam  
professus, ac octennio Cancellarius, nec-  
nen Portuensis Collegii Rector exstitit,  
& vastissimum opus de obligationibus ju-  
sticie, Religionis & charitatis conscriptum,  
eius tamen prima duataxat pars de  
justitia, quo fato nescimus, prodiit. De-  
cessit Eboræ die vigesima Novembris  
anno ætatis suæ sexagesimo primo. Al-  
ter est Henricus Henriquez ejusdem  
cum Rebello nationis ac patriæ. His  
quondam Francisci Suaresii Magister in-  
genii sui libertatem in obsequium Mo-  
linisticæ opinionis captivare nescius, jussu  
supremi Hispaniarum fidei Censoris an-  
no Christi millesimo quingentesimo nona-  
gesimo quarto ac tertio post anno ju-  
bente Clemente VIII. Pontifice hanc  
sententiam acri censura perstrinxit, ac

Theo-